

parti Sociorum magis expedire videbitur. Illos vero eligi volumus, qui in Literis Humanioribus, in Disciplinis Mathematicis et Physicis, et aliis bonis artibus rite examinati, se maximè profecisse probaverint. Scholaris unusquisque libras quinquaginta annuatim percipiat, et insuper, quamdiu in Universitate studendi causâ residebit, alia emolumenta quæ Rectori et Sociis videantur, quæ omnia emolumenta Scholaribus solvantur e communi cistâ prædictâ. Scholaris unusquisque locum teneat usque ad Terminum sextum decimum a die Matriculationis computandum, et ad vicesimum si Rectori et Sociis tali honore dignus videatur: reservatâ tamen potestate Rectori et Sociis, si quis Scholaris eorum iudicio malè se gesserit, vel iudicio Tutorum otiosus sit et minimè vacans libris, per subtractionem stipendii vel amotionem a loco suo puniendi, secundum discretionem Rectoris et majoris partis Sociorum; bona enim tam eximia Scholaribus nostris præparata sunt, eâ lege, ut optimè se gerant et non aliter. Numerus vero et emolumenta Scholarium de tempore in tempus, secundum conditionem cistæ prædictæ, per Rectorem et Socios ordinentur, ita ut crescentibus redditibus numerus, vel emolumenta vel ambo eorum continuò augeantur, deficientibus autem redditibus numerus minuatur.

Cum autem existit unus Scholaris ex fundatione Elizabethæ Tatham, Viduæ Edvardi Tatham, olim Rectoris, et alter Scholaris ex fundatione Johannis Radford nuper Rectoris, volumus ordinationes de illis Scholaribus salvas permanere et immutatas; nisi quod Rectori et Sociis licebit emolumenta eorum e cistâ communi prædictâ augere, quoties et in quantum videbitur opportunum.

Denique, de Bibliotistâ volumus, quod Rector eum assumat, ut antiquitus consuevit; qui percipiat stipendia sibi a liberalitate Nathanielis Baronis Crewe, et Johannis Thorold, Baronetti, annuatim oriunda, necnon insuper e cistâ communi Scholarium prædictâ, et de pecuniis Collegii quantum Rectori et Sociis visum erit; proviso tamen, quod Rectori licebit, quoties ei placuerit, de tempore in tempus duos Bibliotistas designare, quorum cuique mediætas una emolumentorum assignetur.

CAP. XI.—De Officio Divino, Sermonibus Dicendis, et de Commemoratione Fundatorum et Benefactorum.

Statuimus, quod unâquâque die in pleno Termino in horâ per Rectorem limitandâ preces matutinæ et vespertinæ per aliquem Sociorum in Capellâ Collegii dicantur, quibus omnes, tum Socii tum sojornantes, intersint. Et omni anno in festo Omnium Sanctorum Rector per seipsum, si præsens sit, et ad hoc dispositus, inque opposito casu per alium, sermonem in vulgari dicat in Ecclesiâ Omnium Sanctorum; cui sermoni volumus omnes tum Socios tum sojornantes adesse. Ante quem prædicator commemorationem faciat de Ricardo Fleming et Thomâ Rotheram, cæterisque

Hutchins, who shall be elected by the Rector and Fellows. When any Scholarship is vacant, the election of a new Scholar shall be held either in the same or the following term, as shall seem fit to the Rector and the majority of the Fellows.

We will that those shall be elected who, having been duly examined in Classics, in Mathematics and Physical Science, and other subjects of liberal knowledge, shall have displayed the greatest proficiency. Each Scholar shall receive fifty pounds a year, and, in addition, so long as he remains in the University for the purpose of study, such other emoluments as seem fit to the Rector and Fellows; all which emoluments shall be paid to the Scholars out of the aforesaid Common Fund. Each Scholar shall retain his Scholarship to the sixteenth term from the day of his matriculation, and to the twentieth, if he seem to the Rector and Fellows worthy of that distinction: power, however, being always reserved to the Rector and Fellows, in case any Scholar shall in their judgment be guilty of misconduct, or, in the judgment of the Tutors, be idle and neglectful of study, to punish him by withdrawal of his stipend or removal from his Scholarship, according to the discretion of the Rector and the majority of the Fellows; for these great advantages are provided for our Scholars on condition of their special good behaviour, and not otherwise. The number and emoluments of the Scholars shall be settled from time to time by the Rector and Fellows, according to the state of the aforesaid fund, so that, if the revenues increase, the number or the emoluments, or both, shall be forthwith increased, and if the revenues decrease, the number shall be diminished.

And whereas there is now one Scholar of the foundation of Elizabeth Tatham, relict of Edward Tatham, sometime Rector, and one other Scholar of the foundation of John Radford, late Rector; we will, that the Ordinances concerning these Scholars shall remain in full effect and unchanged: saving that it shall be lawful for the Rector and Fellows to increase their emoluments out of the aforesaid common fund, so often and to such an extent as may be deemed expedient.

Finally we enact, concerning the Bible Clerk, that he shall be appointed by the Rector, according to ancient custom; and that he shall receive the stipends annually accruing to him from the benefaction of Nathaniel Lord Crewe and Sir John Thorold, Baronet, and, in addition, out of the aforesaid common Scholars' Fund, and out of the funds of the College, so much as shall seem good to the Rector and Fellows; provided, however, that it shall be lawful for the Rector, as often as he pleases, from time to time to name two Bible Clerks, to each of whom his moiety of the emoluments shall be assigned.

CHAP. 11.—Of Divine Service, Preaching Sermons, and the Commemoration of Founders and Benefactors.

We enact that, every day in full term, at an hour to be appointed by the Rector, morning and evening prayers shall be read by one of the Fellows in the Chapel of the College, at which all, as well Fellows as other inmates of the College, shall be present. And every year, on the Feast of All Saints, the Rector himself, if he be present and so disposed, otherwise by deputy, shall preach a sermon in English in the Church of All Saints; at which sermon we will that all Fellows and other inmates of the College shall be present. Before which sermon the preacher shall make commemo-